



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Svmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum**

Svpplementvm Tertiæ Partis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtrum parua contritio sit sufficiens ad deletionem magnorum peccatorum?

3

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38817**

deletionem pœnæ & culpæ. Et idèd tenetur confite-  
& satisfacere: maxime cum contritio vera non  
erit, nisi propositum confitèdi habuisset annexum,  
quod debet ad effectum reduci, etiam propter præ-  
cipuum, quod est de confessione datum.

Ad secundum dicendum, quod sicut gaudium in-  
terius redundat etiam ad exteriores corporis partes:  
etiam dolor interior ad exteriora membra deri-  
tur. Unde dicitur Prouerb. 17. Spiritus tristis exsic-  
cat ossa.

Ad tertium dicendum, quod dolor contritionis  
tamuis sit finitus quantum ad intensiõnem, sicut  
etiam & pœna peccato mortali debita finita est; ha-  
bet tamen infinitam virtutem ex charitate, qua infor-  
matur: & secundum hoc potest valere ad deletionem  
culpæ & pœnæ.

ARTIC. III.

*an parua contritio sufficiat ad deletionem ma-  
gnorum peccatorum?*

18

D tertium sic proceditur. Videtur, quod contri-  
tio parua non sufficiat ad deletionem magno-  
rum peccatorum. Quia contritio est medicina peccati.  
Sicut corporalis medicina, qua sanat corporalem mor-  
tum, si minorẽ, non sufficit ad sanandum maiorem.  
Ergo minima contritio non sufficit ad delendum ma-  
gna peccata.

2 Præterea, supra dictum est \*, quod oportet  
de maioribus peccatis magis conteri. Sed con-  
tritio non delet peccatum, nisi sit secundum quod  
oportet. Ergo minima contritio non delet omnia  
peccata.

q. 3. ar. 3

SED contra, Qualibet gratia gratum faciens, delet  
in omnem culpam mortalem. Quia simul cum ea stare  
non potest. Sed qualibet contritio est gratia gratum  
faciente informata. Ergo quantumcumque sit par-  
ua, delet omnem culpam.

q. preced.

art. 1. q. 2.

q. 1. ar. 2.

ad 1. q. 3. ar. 1. cor.

RESPONDEO dicendum, quod contritio (vt saepe  
dicitur) est \*, habet duplicem dolorem: vnum rationis,  
qui

qui est displicentia peccati commissi: & hic esse adeo parvus, quod non sufficiat ad rationem contritionis, ut si minus displiceret ei peccatum quam debeat displicere separatio à fine: sicut amor potest esse ita remissus, quod non sufficiat ad rationem charitatis. Alium dolorem habet in se, & paruitas huius non impedit rationem contritionis, quia non se habet per se ad contritionem, sed ex accidenti ei adiungitur, & iterum non est testate nostra. Sic ergo dicendum, quod quicumque parvus sit dolor, dummodo ad contritionem sufficiat, omnem culpam delet.

Ad primum ergo dicendum, quod medicinales habent efficaciam infinitam ex virtute propria, quæ in eis operatur: & idem illa medicina sufficit ad curationem parvi peccati, sufficit ad curationem magni: sicut patet de baptismo, & magna & parva solvuntur: & simile est de contritione, dummodo ad rationem contritionis pertinet.

Ad secundum dicendum, quod hoc sequitur ex necessitate, quod unus homo plus doleat de peccato quam de minori, secundum quod magis pugnat amori, qui dolorem causat. Sed si unus haberet tantum de dolore pro maiori, quantum pro minori, sufficeret ad remissionem culpæ.

QVÆST. VI.

De confessione, & eius necessitate, in sex articulos divisa.

*Conc. Trident. sess. 14 c. 5. de confess.*

**D**einde considerandum est de confessione, qua sex sunt consideranda. Primo, de confessionis necessitate. Secundo, de eius quidditate. Tertio, de ipsius ministro. Quarto, de qualitate. Quinto, de eius effectu. Sexto, de eius sigillo.

- ¶ Circa primum quaruntur sex.
- ¶ Primo, utrum confessio sit necessaria ad salutem.
- ¶ Secundo, utrum confessio sit de iure naturali.
- ¶ Tertio, utrum omnes ad confessionem teneantur.
- ¶ Quarto, utrum aliquis licite possit confiteri ab alio.